



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

196. An sententia data ab Episcopo N. super nullitate professionis  
cujusdam e, ecti absque interventu superioris Religionis fuerit nulla? Et  
quid supra hoc, etiamsi non fuerit electus, sed petierit ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

materialiter, & sit voti paupertatis transgressor; recipiens tamen tenetur illa restituere, quia fuerunt à non potente donare data, ergo, &c. Et hac omnia docet Texada satis quidem probabiliter, quæ etiam tenet amicissimus P. Lezana, tom. 1. c. 2. 3. n. 14.

2. Sed negatiā sententiam esse etiam probabilem existimo, quare præter Molinam, Lessium, Sanchez, & Bonacinanam tenet etiam Sanctarellus tract. de Apostasia cap. 6. dub. 2. num. 1. Dico igitur non esse parem rationem inter religiosum intra claustra viventem, & inter religiosum eieclum, cùm religiosi eiecli è Religione habeant communitatem, & administrationem bonorum independenter à Prælato religionis, possunt de illis disponere, ac si essent sacerdtales, & veri domini, & quamvis peccent expenden- do bona in casu illicitorum, at accipientes excusantur à restitutione, præsertim cùm tales eiecli non sint perfectè vinculo voti paupertatis obstricti, sed solum secundum quid, vt docent Angles in Floribus par. 2. vbi agit de voto, quæst. viii. artic. 2. difficult. 8. Monald. conf. 6. 9. n. 5. Conrad. 1. part. respons. quæst. 28. 5. Philarch. tom. primo. part. 2. lib. 2. c. 2. 1. in fine. Deinde nonnulli volunt, religiosum habentem licentiam à superiori expendendi bona in quoquecumque voto vellet, non peccare contra iustitiam, si det talia bona meretricibus; &c. nec eas teneri ad restitutionem. Ita Rebelliūs de obligat. iustit. part. 2. lib. 12. quæst. 4. scđt. 2. num. 6. Bañes 2. 2. quæst. 6. 2. artic. 1. dabs. 5 Lopez lib. 2. 8. & ver. Na præter. & in Ref. 13. § No 6. & late in Ref. 58. §. 2. alio. Ref. 59. & 60. & 61. §. vlt. ante mediu. à ver. Quia, & in tom. 8. tr. 7 Ref. 58. § id Dominus meus Cardinalis de Lugo à me alibi adducit autem & si cœtus. gnauerit in §§. legq. & in tom. 6. tr. 4. lege doctrinam §. vlt. Ref. 13.

### RESOL. CXCVI.

An sententia data ab Episcopo N. super nullitate profes- sionis cuiusdam eiecli absque interventu Superioris Religionis fuerit nulla?

Et quid sepa hoc etiam si non fuerit electus, sed perierit nullitatē professionis coram Episcopo declarari?

Et ex doctrina huius Resolutionis inferuntur aliqua alia circa hoc, quæ sunt valde notanda. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 2.

1. Respondeo affirmatiuè. Moueor ad id te- nondum; quia quoties in iure fit mentio de cognoscenda causa nullitatis Professionis, iudiciū refertur ad Summum Pontificem, & ab eo di- rimittit, vt patet ex cap. porrectum. cap. cum simus, cap. sicut tenor, cap. sicut nobis, cap. ex parte, de regularib. in quibus locis Papa respondet diversis Præfatis, tum Ordinariis, tum Regularibus, quibus si competere, non recurrunt ad Pontificem. Tum quia nullus extat de hac re textus afferens Episcopos esse judices competentes ad declarandam nullitatē Professionis.

2. Dices adeo textum clarum in Concilio Tridentino scđt. 2. 5. cap. 19. Respondeo in dicto loco Con- ciliij Episcopum esse iudicem simul cum superiori Re- gulari: ergo, cùm similitas huius iudicij sit de es- sentia, nulla erit sententia altera lata. Quod probatur aperte ex 1. duo ex tribus, ff. de re iudic. & ex cap. can- sam. & cap. prudentiam, §. adiuvicinus, de offic. delegat. in quibus locis dicitur, quid si causa est simpliciter delegata duobus, non tenet sententia vnius, quod etiam non aut glostia in cap. se contra unum, edictum sit in 6. & docet Andreas Vallensis in Paratita decreto, lib. 1. tit. 2. 9. §. 4. n. 6. Matthias Stephanus tract. de offic. ind. 1. 8. c. 2. n. 11. Gilhause in Arbore iudicaria ac cinili, p. 1. c.

1. n. 2. 3. Bocerus de iurisdictione, c. 8. n. 96. & Obrecht de iurisdictione, lib. 3. cap. 2. n. 36. cum aliis penes ip- pos. Sed in Concilio Tridentino causa nullitatis profes- sionis committitur simpliciter duobus, nempe Episcopo & Prælato Regulari. Ergo sententia vnius sine altero, erit nulla, & invalida. Et ita noscimus præter alios docet Laurentius Portel. in respson. moral. tom. 2. cap. 1. 4. quest. 2. n. 2. & Bordonus tract. de Profes- sione Regulari. cap. 7. quest. 2. 4.

3. Nec obstat dicere Concilium non loqui in cau- nostro, in quo agitur de nullitate Professionis eiecli, in quem Superior Regularis nullam habet imple- citionem, quia per expulsionem iam definit esse mem- brum Religionis, ac proinde ex eius iurisdictione eximitur, sicut seruus à domino electus efficit sui iuris, & definit sub potestate domini esse. Sed his non obstantibus respondeo, sententiam latam à solo Episcopo esse nullam etiam in hoc cau- si; quia monasterium per tentantiam expulsionis non cedit omnino iuri suo, sed solum liberatur ab onere alesi- di eieclum, & retinendi, at noluit propera fe- nitus eximere à iurisdictione, quam per Profes- sionem acquisuit in illum. Nec valet exemplum de feruo, nam qui in Religionem professionem emul- non potest à vinculis voti liberari, nec per eieclum definit esse Religiosus, nec Prælatus Religionis potest facere, vt qui est Monachus, efficiatur non Monachus; at vero seruus potest à domino manu- mitti, & effici abolitum sive iuri. Itaque per eieclum non solutus Religiosus ab obedientia voto, licet pro tunc careat sive illius, quia caret actuali regimine Superioris. Ergo si ad obedientium revo- tur, tenetur ex vi voti reuerti, & obediere. Ergo circa eieclos remanet apud superiores potestas & iuris- & tio. Et id eieclos post expulsionem manet Reli- giosus ciuidem Religionis, vt tradit Sanchez in summa tom. 2. lib. 2. cap. 9. numer. 27. Vnde nro. 30. 6. 2. la- late & absolute cum multis Doctribus probat Præla- tos Religionis posse illum compellere iterum ad ei Religionem redire. Et idem hinc Vasquez in 1. 1. disput. 16. 5. cap. 8. numer. 87. sic ait: Si quando con- tingat Professum expelli a Religione proper criminis ipsius, manet nihilominus in ipsa Religione potes- tas iurisdictionis, vt eum iterum à se reuocet. Ita ille, cui addit Lezanam in summa tom. 1. cap. 2. 3. num. 10. vbi docet eieclos etiam tempore electionis esse Religiosos illius Ordinis, à quo fuerint expulsi, & illi subiectos esse.

4. Nec deferam etiam hic apponere verba Lay- man lib. 4. tract. 5. cap. 13. numer. 4. ita afferuntur. Dicendum est eieclos non esse solitos voto substan- tiali obedientiae comparatione Regularium Præla- torum, quamvis magna ex parte cest eius ex- ecutione ob defectum materie, quia de facto non ha- bent superiorē à quo dirigantur, nihilominus ma- nent voto obligati virtualiter; ac proinde parati se debent obediere, si in Ordinem demò recipiendi Hac Laymannus. Vide etiam Sanctarellus tractat. de Apostasia, cap. 5. dubit. 1. numer. 8. & cap. 7. Et quia agitur de nullitate Professionis cuiusdam Dominicanarum, probabo supradicta ex confutacione bus dicti Ordinis editis in Capitulo Generali, celebri Parisiis anno 1176. conf. 1. c. 16. vbi sic habe- tur: Ille autem qui propter culpam suam eiicitur à Prælato, adhuc illi libidinosus sicut ovis morbi, qui licet expulsa à grege, adhuc est pastoris. Hec ibi. Quæ omnia superiorū dicta probantur clare ex cap. fin. de Regal. vbi Gregor. IX. præcipit Superioribus Religionum, vt fugitiuos, & eieclos compellant iterum Religionem ingredi, cùm id fuerit expeditus. Nec valet telponio aliquorum afferentium textum esse intelligendum.

# De Dubiis Regularium. Ref.CXCVII. 125

de iniuste electis, non verò per sententiam definiti-  
vam rite, & iustè latam. Sed hoc gratis dicitur, & si-  
ne fundamento, quia textus absolute, & sine refri-  
gione loquitur, imò supponere videtur, nullum Reli-  
gio sum posse ita definitiū expelli, quin Religio reti-  
nacius reuocandi illum.

3. Itaque ex dictis optimè obseruat Castrus Palau  
tom.3. tract.16.dip.4.punct.23.n.5.electos non solum  
elegit sub obedientia Episcoporum, sed etiam praelato-  
rum Religionis, qui possunt cogere illos, ut ad Reli-  
giōnem iterum reeante, ipsoque teneri. Imò ego pri-  
mo, electos non teneri ex vi voti Episcopo obediens,  
sed tantum instar aliorum Clericorum Episcopo sub-  
iecti, in cuius Diœcesi habitauerint, at ex vi voti  
tenceri obediens Praelatis, si illos cogant ad religionem  
redire, ergo necessariū sequitur Praelatos Regulares  
posse de eorum Professionis inualiditate cognoscere,  
cum non eximantur omnino ab eorum iurisdictione,  
ita vt non possint amplius cogi ad Religionem redire;  
sententia, itaque de inualiditate Professionis electi,  
non solum ad Episcopum, sed etiam ad Superiorē  
Regularem pertinere dicendum est; quia licet hic per  
sententiam expulsis abdicari proximam iurisdictionem  
in electum, retinuit tanen remotam, quam  
quidem per nullitatem Professionis amitteret, ergo  
etiam ad Superiorē Religionis, iudicium de tali  
inualiditate pertinere debet, vt bene asservit, prater  
Doctores citatos, Texeda in *Theol. mor. lib. 2. tract. 1.*  
*contr. 9. dub. 4. num. 3. 5. electi, absolute loquendo, sub-*  
*diti sunt Praelatis Religionis, cùm, vt dictum est,*  
*teneantur vocati redire, ergo, &c.*

4. Confirmatur hæc opinio, quia electi, tempore  
emissi Professionis existebant sub actuali iurisdictione  
Praelatorum Religionis. Ergo sicut index Ecclesiasticus,  
vt docent doctores communiter, potest  
cognoscere de delicto laici, commissio tempore quo  
erat Clericus, & sub eius iurisdictione, sic & in  
nostris casis, Praelatus Regularis potest cognoscere  
de nullitate Professionis electi, emissæ tempore quo  
ipse actualiter extabat sub eius iurisdictione. Nec  
paucum in multis hoc interest Religioni: nam elec-  
tus probata nullitate sua Professionis, potest repe-  
tere bona reliqua Religioni, vt post multos tradit Bordonus  
tract. de *Professione Regulari, cap. 7. quæst. 34.* Et  
e contra, si Professio sit valida, & postea electus com-  
pellatur per superiorē, Religionem iterum ingredi,  
eius bona acquisita, medio illo tempore, ad Monasterium  
pertinebunt, vt patet ex his, quæ cum Molina, &  
Leslio docet Eminentissimus & amantissimus Domini-  
nus meus Cardinalis de Lugo de Iust. tom. 1. dip. 3. se. 7.  
11. num. 240. nam Bulla Gregorij XIII. loquitur si elec-  
tus obicit extra Religionem: ergo ex his omnibus  
apparet, non solum ad Episcopum, sed etiam ad Su-  
periorē Regularem pertinere iudicium de nullitate  
Professionis electi.

5. Scio aliquos Doctores dissentire ab omnibus su-  
preditis, sed quia sunt communiora, & probabili-  
ora, puto non esse ab ipsis recedendum: & ita ego  
fatio, salvo meliori iudicio. Romæ in domo sancti  
Sylvestri montis Quirinalis die 26. Octobris, 1644.

## RESOL. CXCVII.

An Regularis delinquens in alieno Monasterio possit  
puniri ab Episcopo, vel saltem à Superiorē illius  
Monasterij?

Ex quo cursum sequitur, quod clericus delinquens in Mo-  
nasterio exempto, puta ludens aleis, non incurrit cen-  
soriā suspensione latam à suo Episcopo contra lu-  
dentes.

Tom. VII.

Et notatur sub nomine Regularium in verbis Concilij  
non includi Superiores, qui egeni speciali mentione.

Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 49.

§. 1. Hunc casum ponit doctus Pater Bordonus Sup. hoc fuis  
vbi sic ait: [ An, quando Religiosus delinquit intra  
Claustra alterius Ordinis, intret dispositio Decreti  
Conc. Trid. c. 14. se. 2. 5. videtur, quod sic per illa ver-  
ba: Qui intra Claustra Monasterij degit, & extra ea ita  
notorie deliquerit. Vbi per claustra venit proprium  
Monasterium: quare Franciscanus, e. g. delinquens  
in Claustro Dominicanorum, sine dubio dicitur delin-  
quere extra Claustra Monasterij, vbi degit, &  
sic in hoc casu videtur subiectus Episcopo iuxta dis-  
positionem dicti capituli. Nihilominus responderet,  
quod Episcopus nullum ius ex Tridentino habet super  
Religiosum Franciscanum delinquentem in Clau-  
stris Dominicanis. In quo casu non solum proprius  
Praelatus errantis, verum etiam Superior Dominica-  
nus punire potest Franciscanum reum: quia is, ratio-  
ne delicti, & loci factus est de fato Praelati Domini-  
cani, argum. cap. Licei 20. de fato concepi. per iura ibi  
allegata a Glossa. Confirmatur: quia etiam Praelati  
Regulares dicuntur habere territorium, quod est il-  
lorum Monasterium, intra quod delinquentes casti-  
gare possunt.] Ita Bordonus.

2. Sed ego libenter sentio cum ipso, in tali ca-  
noni posse Episcopum punire talem Regularem: quia,  
vt ipse ait, in verbis Concilij Tridentini adductis no-  
men Claustrorum non sumitur absolutè, sed comparativè  
ad Diœcesim Episcopi, cum ergo Claustrum alienum,  
etiam qua alienum, non sit locus Diœcesis  
quoad iurisdictionem Episcopi, dispositio Tridentini  
non potest subintrare in eo casu. Tum, quia deli-  
ctum debet esse perpetratum extra omne claustrum;  
ad hoc vt ex eo gigi possit scandalum in populo: non  
enim populus est in Claustris. Tum, quia Clericus  
delinquens in Monasterio excepto, putat ludens aleis,  
non incurrit censuram suspensionis latam à suo Epi-  
scopo contra ludentes: ergo, &c.

3. Dissensio tamen à Patre Bordonio, & puto di-  
ctum Religiosum esse remittendum suo Superiori, &  
non posse puniri, vt ipse vult, à Superiorē Monasterij,  
in quo delinquit, concedo, quod quis ratione delicti  
foretur forum Superioris, in cuius territorio deliquit,  
tamen hec regula fallit, quando qui deliquit, habet  
omnino modum exemptionem. Et ideo recte obseruat  
Ludovicus Gilhaudus in *arbore iuris iusta 1a, tom. 1. cap.*  
*1. par. 2. §. 3. n. 7.* Quod si is, qui in aliquo loco deliquit,  
generali priuilegio ab omni ordinaria iurisdictione  
exemptus fuerit, in loco delicti forum non foretur;  
quod probatur primò per leg. *Magisteria 6. C. de invi-  
sion. Iud. vbi miles delinquens, priuilegium fori, cuius  
vigore apud Magistratum militem conveniendus est,  
nō amittit, 10. tit. C. de offic. Magist. milst. l. Ceri. 17. C.  
de iudic. l. 1. C. ad exhibend. l. De mil. tribus. ff. de cristi reor.*  
Secundò per Auth. *Cassa. & Auth. Statuinus. C. de  
Epis. & Cler. vbi Clericus fori beneficium ex delicto  
non amittit. Tertiò, ex cap. 1. de priu. in 6. vbi priuile-  
giatus delinquens in loco priuilegiato priuilegium non  
perdit. Quatid. per Gloss. in *Auth. Quid. in provin. C.  
Vbi de crim. agi oportet. vbi Legatus in legatione, pec-  
catis, priuilegiū fori retinet. Id est in eo quoque priuile-  
gio, quod iure communī concessū, & sub eodē compre-  
hensionē est; hac enim exceptionis prærogativa exemptionis  
gaudet; & obtinet, vbi cuncti deliquerit; secundum com-  
munē Doctorii conclusionem, nisi priuilegiū illud alia  
lege specialiter auferatur, vt in l. C. Vbi Senat. vel clar.  
Itaq; cum Regulares habeat omnino modum, & generalem  
exemptionem, non solum iurisdictione Ordinarij, sed  
etiam à cuiuslibet alterius potestate, vt habetur in Bolla**

L. 3 Bonifacij